

re pro parte unum ex reis debendi; Felinus de censibus...

An autem citatio facta uni ex correis; noceat alteri...

Ad num. 3. ubi: Et resolutio dicitur, &c. Quod si unus ex pluribus reis debendi...

bus reis, qui solidum solvit, partes suas repetere...

Ibi: Idem est per contrarium, &c. Prædictam resolutionem procedere etiam...

Utrum autem reus possit petere a correo, ut eum liberet ab obligatione...

Item an pactum unius ex reis noceat alteri, an possit novare actionem...

Item an appellatio unius ex duobus reis profit alteri...

Item an lite pendente ad verus unum ex reis debendi liceat ad alium reverti...

Item adde quod si creditor tradidit instrumentum debiti uni ex duobus reis...

illi remittere debitum, sed etiam donare jus, & actionem contra correum...

- 10 Fidejussio ubi prohibetur, veluti pro dote quam recipit maritus...
- 11 De confusione actionum, & extinctione obligationis...

CAPUT XIII.

De fidejussoribus.

SUMMARIA.

- 1 Fidejussor, an possit in qualibet obligatione intercedere.
- 2 An fidejussor possit obligari in duriores causas...
- 3 Si quis promisit solvere creditori quanto minus a debito consequi possit...
- 4 An ille, qui promisit mihi solvere, quod alter mihi debet, sit fidejussor.
- 5 Si quis misit alteri literas creditæ in favorem alicujus...
- 6 Ille qui tenetur prestare fidejussorem, an teneatur dare in loco...
- 7 Si fidejussor datus efficiatur non solvendo, an debitor cogatur alium dare.
- 8 Si quis tenetur dare fidejussorem, an possit dare mulierem, vel minorem...
- 9 Si creditor dilatavit solutionem, & ex culpa, & negligentia sua debitor effectus est non solvendo...
- 10 An, & quomodo fidejussor possit petere, & principalem debitorem convenire...
- 11 An possit quis fidejuberi pro debitore ignorante.
- 12 Si fidejussor antequam pro alio intercedat protestetur se nolle teneri...
- 13 An confessio creditoris contenta in instrumento publico, vel privato, qua continetur se recepisse solutionem a fidejussore, valeat.
- 14 Fidejussor an & quomodo possit conveniri ante quam debitor principalis.
- 15 Fidejussores si sunt plures an unusquisque teneatur in solidum.
- 16 Quæ persona prohibeatur fidejuberi.
- 17 An possit mulier renunciare beneficio Felleiano.
- 18 Clericus an prohibeatur fidejuberi.
- 19 An prohibeatur fidejuberi minor 25 annis.
- 20 Quibus modis liberetur fidejussor a fidejussione.
- 21 An prorogatio termini liberet fidejussorem.

Quoniam supra visum est de his qui obligantur principaliter per se nunc oportet videre de his qui obligantur pro aliis...

Unum tamen est, quod fidejussor non potest obligari in duriores causas quam principalis...

maria Bartol. & communiter Doct. Gloss. etiam ordinaria in l. rogatus. ff. mandati, & ibi communiter Doct. Gloss. ordinaria in l. pecunia, ff. de iuris, & ibi Doct. Gloss. ordinaria in §. si plures, Instit. de fidejuss. & ibi etiam communiter Doct. Sed certe illa opinio mihi non placet, & semper dixi, & tenui contrarium: quia intentio illorum iurum est, teneatur fidejussor in eo, quod excedit sua obligatio obligationem debitoris principalis, & pro mea opinione est hodie lex. 7. tit. 12. §. part. Nec praedictis obstant iura superiora, quibus probatur, quod fidejussor potest efficaciter obligari pro illo, qui tantum naturaliter erat obligatus: quia respondeo, quod per hoc non tenetur in plus re, loco, tempore, & causa: sed efficacius majori vinculo obligatio, quod non est prohibitum, & in a expressio ita tenet & declarat Dyn. in d. l. Marcellus, & ibi Bart. 2. col. in fin. Paul. de Caltr. in vrbis, eod. tit. Azo in Summa, C. cod. tit. 1. col. num. 2. Ex quo primo infero, quod licet principalis debitor non sit obligatus ex instrumento publico Guarentigio, quod, habet executionem paratam, tamen fidejussor potest obligari, ita dicit in l. hi qui, ff. de fidejuss. 3. col. 11. & ibi Faber. in §. fidejussores, Instit. de fidejuss. 2. col. versicul. sed pone, & ibi Angel. de Aret. Doct. Segura in sua repet. l. si ex legati causa, 30. col. versic. add. praedictis, Roder. Suar. in repet. l. post. rem judicatam; ff. de re judic. fol. 148. col. num. 2. versic. unum nota, pro qua sententia & conclusionis facit bonis iuris in l. si pupillus, ff. de verb. oblig. ubi fidejussor convenitur in mora sua, licet principalis non sit in mora, ibi Alexand. & alii Doct.

Secundo infero, quod licet principalis sit obligatus simpliciter sine hypotheca, fidejussor potest obligari cum eo, ita Faber in dict. §. fidejuss. 2. col. Tertio infero, quod licet principalis se obligavit sine iuramento, fidejussor potest obligari cum eo, Faber in dicto loco.

Quarto singulariter infero, quod licet fidejussor non possit conveniri, nisi prius facta executione in bonis principalis debitoris, ut in auth. presentate, C. de fidejuss. materia, tamen alit, verum, & procedit, quando principalis efficaciter esset obligatus taliter, quod posset conveniri, secus tamen, si de iure non posset conveniri: quia tantum naturaliter est obligatus, quia tunc bene potest conveniri fidejussor sine aliqua excussione; ita Dynus in d. l. Marcellus, & ibi Bart. fin. col. n. 8. Paul. 2. col. num. Joan. de Imol. fin. col. Cynus notabiliter in auth. presente, Cod. de fidejuss. 2. col. num. 3. quae ff. & ibi Alber. 1. col. in medio: Faber. 2. col. Salye. 2. col. n. 6. & idem Bart. in l. 3. §. eius pro quo, ff. quod quisque iuris, & ibi Doct. Jas. in l. fin. ff. si cert. per. pen. col. in fin. in levioem tamen causam bene potest fidejussos obligari, quia si debitor principalis obligetur in certa quantitate vel re, potest fidejussor obligari pro parte ejus, text. in l. fidejussores la. 1. & ibi communiter Doctores: & idem est respectu qualitatis, quia si debitor obligetur, vel pure ad certum tempus, potest fidejussor obligari sub conditione, vel in longius tempus, text. est in §. fidejussor. in fin. Instit. de fidejuss. & ibi Faber Ang. Platea, & communiter Doct. Quare tamen, si fidejussor non intercessit simpliciter, sed pacto, conditione, vel modo, quod si reus principalis non solverit, ipse teneatur, quando possit conveniri: & resolutivè dico, quod censetur fidejussor conditionalis, & talis conditio verificatur eo ipso quod reus fuit interpellatus a credi-

to, vel alter constitutus in mora, vel quando mortuus sit text. est singularis & unicus b. ind. fidejussor, obligatus, §. fin. ff. de fidejuss. ind. & ibi notat & commendat Bartol. Alber. Angel. Paul. Imola, & communiter Doct. & reputat singularem & unicum Rayner. & Bald. & notat etiam, & commendat Bart. in l. tra stipulatus, inf. eod. §. eorum 3. oppos. & ibi Moderni, Bald. post antiquos in l. si plures, C. de condit. infert. 7. col. num. 24. Jas. qui bene loquitur in l. 18. stipulatus, 3. col. num. 14. inf. eod. & idem disponit lex 16. titul. 12. §. part. Unum tamen est, quod hodie bene requireretur excussio in bonis principalis debitoris ultra interpellationem vel moram, ita solus Paulus in d. §. fin.

Item quero, si quis promisit solvere creditori, quanto minus a debitore suo consequi possit, an sit fidejussor, & qualiter teneatur, & breviter dico, quod proprie non est fidejussor: nam haejussor est ille, qui se obligat simpliciter ad id, ad quod principalis est obligatus, sed iste non obligatur nisi ad illud quod a debitore exigi non possit: ergo si totum exigi potest, in nullo est obligatus, & proprie dicitur expromissor, & idem est si promisit creditori indemnitate, quia censetur se obligare ad id tantum, quod a principali non possit consequi, & effectus est maximus, quia de jure antiquo & novo non poterit conveniri antequam principalis conveniatur, & solemniter excutatur, etiam si sit renunciatum authent. presente, C. de fidejussor. qui non est proprie fidejussor, ut dixi. Item etiam, quia hoc casu excussio requiritur pro complemento conditionis, non verò ex beneficio fidejussoris concessio, text. est in l. fin. ff. si cert. perat. & ibi Gloss. ordinaria Odofred. Bart. Alber. Bald. Angel. Paul. Salyer. Fulgos. Alexand. Jas. & Philippus Decius text. in leg. decem stipulatus, infra isto est in leg. si decem ff. de solus text. in l. si mater indemnitate promittit. text. in l. 1. Cod. de conven. sise. debis. text. in l. 2. vers. 1. Cod. de fidejuss. tut. & utrobique communiter Doct. tenet etiam, & declarat Bartolus, & alii Doctores in leg. quero, ff. locati, Bald. in l. 1. Cod. de revo. his qua in fraud. cred. Hipp. Mar. in rub. ff. de fidejuss. 4. col. n. 3. Roder. Suar. qui bene loquitur in repetit. legis, quoniam in prioribus, Cod. de inoffic. testamen. fol. 174. 1. col. num. versicul. considera elegant.

Item f quero si quis mihi promittat solvere, f quod alter mihi debet, an erit fidejussor, vel qualiter teneatur? & resolutivè dico, quod erit tanquam principaliter obligatus sub conditione, & talis conditio erit verificata, quando jam debitor principalis nihil debeat, sed ab obligatione sit liberatus; quod poterit habere locum, & procedere in casibus sequentibus. Primum, quando realiter ille debitor mihi solvat. Secundò quando feci sibi remissionem. Tertio quando debitum est praescriptum. Quarto, quando esset defectum non solvendo, quia in effectu videtur jam desinere esse debitor. Ita probat text. singularis, & unicus secundum unum intellectum in leg. huiusmodi, infra isto tit. per quem tenet ibi Gloss. ordinaria Rayne. Alber. & Alexand. sed Bar. & alii Doctores tenent contrarium, imò quod ille sit proprie fidejussor, & debitor libere, solutione vel aliis modis, & non teneatur, & ista videtur mihi verior opinio tenenda licet praecedens sit magis communis.

Item quero, si quis misit alteri literas creditivae in favorem alicujus, recipiens virtute pecuniam sibi mutavit, vel aliter cum eo contraxit, an obligetur, & teneatur actione mandati

mandati solvere: & breviter, & resolutivè dico, quod si tales literae continent quid certum, ut si dicatur in eis, quod recipiens mutet vel tradat ei, in cujus favorem sunt missae, aliquam rem vel pecuniam, mittens teneatur efficaciter solvere actione mandati, text. est in leg. Lucius, ff. de fidejuss. & ibi Bartol. Alberic. Bald. Angelus, Paulus, & communiter Doctores. text. in leg. si litteras, Cod. mandati, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem est, quando tales literae non continent quid certum, & specificum, sed generaliter mittens dixit, quod recipiens contrahat cum ipso nuncio, & latore litterarum, vel alio, in cujus favorem sunt missae periculo mittentis, quia tunc similiter remanet obligatus, actione mandati, text. est notabilis & expressus in l. si vero non remunerantur, §. si quis mandaverit, ff. mandati, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Si verò tales literae sint valde generales, ut si mittens dicat recipienti, dabitis plenam fidem latiori, vel tali personae in his quae vobis dixerit, vel dicat quod est fidelis persona, de qua poteris confidere, mittens nullo modo tenebitur, quia tales literae sunt commendatoriae, & approbationis personae, non verò obligatoriae, & per eas non remanet obligatus: quod utile pro magnatibus & nobilibus, qui faciliter concedunt tales literas, text. est singularis in iure in leg. fin. versicul. nec Cod. quod cum eo, & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria. Petrus Cynus, Jacob. Olofed. Bartolus, Albericus, Baldus, Angelus, Salyer. Paulus, & communiter Doctores faciunt etiam text. in leg. de eleganter, §. fin. ff. de dolo, ubi ille, qui affirmaverit alium esse divitem, idoneum, vel locupletem, & forte ex hoc alius cum eo contraxit, non videtur pro eo intercedere, nec tenetur de dolo, nisi probetur dolo, vel calliditate fecisse, & ibi summè notat, & commendat Gloss. ordinaria & communiter Doctores: & in effectu illam doctrinam, & resolutionem ponit Bartol. in leg. Lucius, ff. de fidejuss. & ibi g communiter Doctores, de Imol. Ancharan. & Canonista, in cap. fraternitati, de clericis non residentibus.

Item quero, si quis teneatur praestare fidejussorem in aliquo casu vel negotio, an teneatur illum praestare in loco, & domicilio creditoris vel possit alibi praestare in alieno loco, & domicilio; in quo articulo breviter, & resolutivè dico, quod si quis teneatur fidejussorem praestare ex legis dispositione, ut tutor, curator, fructuarius, vel similis persona, poterit illum praestare alieno loco, & jurisdictione. Si verò teneatur fidejussorem praestare ex partium conventionione, & sic ex voluntaria causa, tunc teneatur illam praestare in proprio loco, & jurisdictione creditoris: textus est singularis & expressus in leg. si fidejussor, §. si necessaria, ff. qui satisfecer. cogant. & ibi notat & commendat Bartolus, Albericus, Baldus, & communiter Doctores, & reputat singularem Roder. Suar. qui bene loquitur in repet. leg. post rem judicatam, ff. de re jud. fol. 164. prima columna, versicul. ulterius accedit quaestio notabilis. Ex quo infero singulariter in practica quod si quis vendat cum hoc pacto, quod debeat pretium converttere in emptionem praediorum, vel ex alia causa, fiat sibi solutio pecuniae hoc pacto, & conditione, teneatur emere in territorio, & jurisdictione, ubi res vendita, & sita est, vel ubi solvens, & tradens pecuniam habebat domicilium, quia tacite hoc actum & conventum inter eos intelligitur pro ejus securitate, & quia subrogatur loco rei venditae, vel pe-

cania solata: & in expresso ita tenet Albericus in dict. §. si necessaria, & sequitur ibi Jason. tanquam notabile, & quotidianum in practica.

Item quero, si fidejussor datus efficiatur postea non solvendo, an teneatur debitor iterum satisficere & aliam fidejussorem idoneam praestare; & resolutivè dico, quod si fidejussor fuit datus ex necessitate pro forma & substantia actus ex legis dispositione, bene tenetur debitor principalis iterum satisficere, aliam idoneam fidejussorem praestare, quia cum teneatur ex legis dispositione mediante iudicis officio, & ex quadam aequitate, merito ex causa de novo superveniente tenetur satisficere, text. est qui sic debet intelligi in leg. si arbitrio versicul. fin. ff. qui satisficere cogant. Cuius verba sunt: Quod si medio tempore calamitas fidejussoris insignis vel magna inopia acciderit, causa cognita ex integro satisfaciendum erit, & ibi Bartol. Paulus, & communiter Doctores, text. in leg. si is à quo, §. fin. cum leg. seq. ff. ut in poss. legat. ubi habetur, quod si legatarius, cui est relicta legatum in diem, vel sub conditione, & est cavendum officio iudicis ex legis dispositione, scienter recipit fidejussorem minus idoneum, non poterit iterum petere satisfactionem, sed si causa superveniat de novo, per quam effectus non est solvendo, bene poterit petere, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores antiqui. Si verò fuit datus ex voluntate, & conventionione partium: & creditor recipiens semel eo contentus est, licet postea efficiatur non solvendo, non tenetur debitor iterum satisficere, quia satisfactio debebatur jure obligationis & solutionis, & est cavendum facta est jam extincta. Ita probat text. in leg. pupili, §. soror, ff. de solut. & ibi notant Doctores, text. in l. si nomen, ff. de hered. vel action. vend. & in expresso istam sententiam, & conclusionem tenet Bartolus in l. 3. ff. de fidejuss. fin. col. & quest. & ibi communiter Doctores. Idem Bart. in leg. pratoria, de 2. ff. de prator. stipul. Angel. Paul. & communiter Doctores in l. quoniam, ff. qui satisficere cogant.

Item quero, si quis teneatur fidejussorem praestare, an possit dare mulierem, minore, vel similem personam; & breviter & resolutivè dico, quod debet dare talem fidejussorem, qui possit de jure efficaciter obligari, & conveniri, non autem illum, qui aliqua exceptioe possit se defendere. Ex quo inferatur, quod non poterit dare mulierem, quia juvatur Velle jano; item nec minorem, quia potest restituì, nec similem personam, text. in l. 3. ff. de fidejuss. text. in l. g. quotiens, ff. qui satisficere cogant. text. in leg. de die, §. qui mulierem cod. ritual. text. in leg. quomvis, §. si convenerit, ff. ad Vellejanum. Quod tamen limita & intellige, nisi talis mulier renunciavit beneficio Velle jano, praesupposito, quod renunciatio valeat; ut videbis infra num. 17. vel si ipsa, vel minor juravit, quia tunc sunt idonei fidejussores, argumento text. in leg. ff. ad Vellejanum. text. notabilis & expressus cap. ex rescripto de jurejurand. text. in authent. sacramenta puberum cum materia, Cod. si advers. vend. & in expresso ista tenet Bartol. in dict. leg. ff. de fidejuss. secunda columna in fin. num. 10. & ibi communiter Doctores. Nec obstat si dicas, quod quando quis teneatur fidejussorem praestare, debet dare talem qui sit ejusdem fori cujus est principalis, ut in leg. prima, & ibi Doctores, ff. si quis in ius vocat. non erit: sed virtute iuramenti efficitur fidejussor alterius fori, ergo, &c. Quia respondeo, quod illud procedit, & est verum in fidejussore iudicio sili,

fili, secus verò in fidejussore simplici alicujus contractus, quia sufficit, quod possit sine exceptione vel restitutione efficaciter conveniri. Ita tenet, & respondet Bartolus in leg. tertia, ff. de fidejuss. secunda columna, in fin. penult. question. Ex quo infertur, quod satisfaciendo dandis clericum fidejussorem, quia licet non possit conveniri in foro seculari, sed Ecclesiastico, tamen potest efficaciter conveniri, non obstante aliqua exceptione, ita etiam tenet Bartol. in dist. l. 3. ff. de fidejuss. secunda colum. penult. question.

Idem quæro, si creditor ditulit petere à principali debitor, & ex culpa, & negligentia sua effectus est non solvendo, an liberetur fidejussor; & certè iste est passus valde notabilis, & quotidianus, in quo breviter, & resolutivè dico sic quod si fidejussor est acceptus in subsidium vel indemnitatem, quia promisit solvere; quanto minus à principali debitor creditor consequatur secundum formam, & dispositionem text. in l. fin. ff. si cert. petat. & in l. decem stipularis, ff. de verb. obligat. & in leg. si decem, ff. de solut. & supra dixi, & declaravi, tunc si creditor est in culpa, & negligentia, quod principalem debitorem non conveniat, & à fortiori si ta is creditor fuit requisitus per fidejussorem, ut eum conveniret, & creditor non fecit, & postea effectus est debitor non solvendo, non tenebitur fidejussor, sed ex hoc excusatur, & liberatur, textus ex singularibus qui sic debet intelligi in leg. si fidejussores in id, ff. fidejuss. & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria Bar. l. Alber. Paul. Imol. & communiter Doctores. Paul. de Castr. in l. decem stipularis, infra isto tit. 1. col. & ibi communiter Moderni: si verò fidejussor non est acceptus in subsidium, sed simpliciter modo, & forma communi, tunc indistinctè tenetur, modò creditor, sit in culpa vel negligentia conveniendi, modò non, quia sua obligatio est simplex, & absoluta, & non conditionalis, nec in subsidium, & sic liberè potest conveniri à creditore nulla facta excusatione in bonis principalis debitoris, text. est in leg. si fidejussor creditor ff. de fidejuss. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores.

Dubium tamen est, an hodie itante authent. presentis, c. de fidejuss. cum jam videatur fidejussor acceptus in subsidium propter beneficium excusationis liberetur fidejussor, si creditor sit in culpa, vel negligentia conveniendi; & breviter dico, quod si et renunciatur prædictæ authentice, & ejus beneficium, non liberatur fidejussor, cum sit redactus ad jus commune antiquum, quo non liberabatur. Si verò non est renunciatum illi authentice, tunc si creditor sit expressè per fidejussorem requisitus, ut principalem debitorem conveniat bene liberatur & excusatur, argumento text. in dist. leg. si fidejussores in id, ff. de fidejussor. juncta authent. presente, Cod. eodem titul.

Si verò creditor non fuit requisitus, sed aliàs fuit in culpa vel negligentia non conveniendi principalem debitorem, non liberabitur nec excusabitur fidejussor, quia sicut convento prius fidejussor in judicio, requiritur quod ab eo proponatur, & petatur excusatio in bonis principalis debitoris, ita à fortiori in nostro casu, si creditor differret petere à principali debitor, requiritur saltem illa petitio, & requisitus fidejussoris, & in effectu ita tenet Bald. licet sic non declarat in leg. fin. ff. si cert. pet. 1. columna in fin. vers. quæropone, Paul. de Castr. in leg. fidejussores in id ff. de

fidejuss. 1. colum. Angel. in leg. si fidejussor creditori, eodem titul. Abbas in cap. fin. de fidejussor. ubi hoc reputat nobile, & quotidianum. Et adde quod idem est, quando sunt plures fidejussores, qui habent beneficium divisionis ex epistola divi Adriani, quia si quis eorum timent, quod alii efficiantur non solvendo, potest petere, & creditorem requirere, ut conveniat alios pro suis partibus, aliàs sibi imputandum est, argumento textus in leg. si fidejussores in id, ff. de fidejuss. & in expreso ita tenet Paulus de Castr. in leg. si fidejussor obligari ff. de fidejussor. prima colum. n. 2. quem vide.

Item quæro, an, & quando fidejussor possit petere, & principalem debitorem convenire, ut eum liberet à fidejussione; & breviter, & resolutivè dico, quod regulariter, antequam solvat vel sit condemnatus, non potest petere nec eum convenire, ut liberet eum, quia mandatum non videtur factum tantum de fidejussendo, sed etiam de solvendo, ut in leg. indebitum, ff. de condit. indubit. & in leg. fidejussor pro venditore, ff. de fidejussor. præterquam in casibus sequentibus. Primus est, si diu iterit in obligatione stetit, est singularis expressus in leg. Lucius Titius, vers. fin. ff. mandati. Cujus verba sunt: Fidejussor an, & prius quam solvat agere possit, ut liberetur, nec tamen semper expectandum est, ut solvat, aut judicio accepto condemnatur, si alia res in solutione cessaverit, aut certè bona sua dissipaverit; text. in cap. fin. extra de fidejuss. text. in l. 14. tit. 12. 5. part. Et istud tempus erat arbitrium, judicis arbitrio moderandum, cum non repenatur expressè argumento text. in l. 1. in fin. ff. de jure delib. eum similibus, tenet Gloss. ordinaria & communiter Doctores in dist. leg. Lucius Titius: & ita disponit prædict. lex paritè; hodie tamen est limitatum & moderatum per leg. fori, qua cavetur quod post annum teneatur liberare. Ita determinat lex uni. in fin. tit. 18. lib. 3. fol. 5. & ibi Gloss. Montalujus. Quod tamen intellige quando fidejussor stetit in fidejussione, obligatione præcipua jam commissa: Secus verò ante argumentum text. in leg. cum novissimi, §. illud, c. de prescrip. triginta vel quadraginta annor. & in leg. is cui, §. cessatum, ff. ut in pos. legat.

Ex quo primò infero, quod si debitum est sub conditione, vel in diem, non potest agere ante putificatum debitum, & principalem obligationem. Secundò infero, quod si fidejussor intercessit pro evictione alicujus rei quæ nondum est evicta licet diu steterit in fidejussione, non poterit agere, ut liberetur, antequam res sit evicta, ita tenet Jacob. de Aret. Rayn. Cyn. Bard. in d. ff. leg. Lucius, Cyn. Bald. & alii Doctores in leg. si pro ea, c. mandati, Bar. Baldus Imol. Alexand. & communiter Doctores in leg. facere posse, ff. solutio matrimonio.

Tertiò infero, quod si quis intercessit fidejussor pro aliquo tutore vel curatore, non potest agere, ut eximatur de fidejussione ante finitam tutelam, curam, vel officium administrationis.

Secundus casus principalis est, quando debitor principalis jam est condemnatus in judicio ut solvat, quia tunc fidejussor poterit agere contra eum à fidejussione, text. est in d. l. Lucius Titius. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. Tertius casus est, si debitor principalis cepit bona dilapidare, text. est in dist. leg. Lucius Titius, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, text. est in dist. cap. fin. & in dist. leg. part. Quartus casus est, quando fidejussor fecit pactum

pactum cum debitor, ut post certum tempus teneatur eum ex mere à fidejussione, text. est in leg. si pro ea, c. mandati, & ibi communis opinio: & in d. leg. part. ex supradictis inferitur, quod si fidejussor est obligatus per instrumentum gententigium, statim potest agere contra debitorem, ut eum liberet, & eximat à fidejussione, quia jam videtur condemnatus, & in expreso ita tenet Bar. in leg. si fidejussor pro venditore, ff. de fidejuss. cum quo transeunt ibi Doctores. Cynus in leg. certum, Cod. famil. excise. Bald. in leg. si pro ea Cod. mandati, & ibi alii Doctores. Sed contrarium, & melius tenet Imol. in cap. fin. de fidejussor. quia aliàs nullum commodum reportaret debitor ex fidejussione, argumento textus in leg. in commodato, §. si quis, ff. commodati. Item Imol. in leg. fidejussor pro venditore, ff. de fidejuss. & ibi Angel. de Petul. Salycet. in leg. pro ea, c. mandati, Roder. Suarez in repet. legis. post rem judicatam, ff. de re jud. fol. 148. 2. col.

Item quæro, an possit quis fidejussore pro debitor ignorante; & dico, quod sic, non tamen potest recuperare quod solvit actione mandati, sed negotiorum gestorum, text. est in l. fidejussore pro alio, ff. de fidejuss. text. in leg. 1. §. fin. cum leg. seqq. ff. de neg. gest. secus tamen est si fidejussor pro debitor invito, & contradicente, quia tunc nec poterit repetere una actione, nec alia, text. in leg. si remunerandi, §. passus, ff. mandati, text. in leg. si pro te, eod. titul. textus expressior exiteris, & notabilior in leg. fin. Cod. de negot. gest. pulchrum tamen dubium est, an saltem hoc casu possit repetere, quod solvit ex æquitate, ne debitor locupletetur cum jactura aliena; & videtur quod sic, argumento textus in leg. si meo Titium ff. si cert. petat. text. in leg. nam hoc natura, ff. de condit. indeb. text. in leg. hoc condit. eod. titul. text. in leg. jure, ff. de regul. jur. text. in leg. rerum quidem, ff. rerum amov. text. in leg. si pupill. ff. de negot. gest. text. in legat. illicitas ff. de offi. prætor. text. in leg. cum hi, §. si quis, ff. de transact. text. in leg. si quis mancipis, §. Proculus, ff. de infir. quibus probatur, quod quando omnis actio, habet locum actio ex æquitate, & in expreso isto fundamento & ratione, ita tenet Paul. de Castr. in dist. l. fin. de negot. gest. in fin. & ante eum Gloss. in leg. solvendo, ff. de negot. gest. sed contrarium est tenendum; imò, quod nulla actione vel remedio ex æquitate, vel rigore possit talsi fidejussor repetere, & in terminis ita tenet Gloss. ordinaria in dist. l. fin. Cod. de neg. gest. & ibi Olofred. Bar. Bald. Angel. Salyc. Idem Bar. in leg. solvendo ff. de negot. gest. & ibi Paulus sibi contrarius, idem Bar. in leg. si Strabum, §. fin. de novat. Nec obstant prædicta jura, quia in nostro casu deficit omnis æquitas propter prohibitionem expressam debitoris, quo limita & intellige, præterquam si solvat pro liberanda persona alicujus, etiam eo invito, quia tunc bene repetit, quia illa prohibitio est nulla favore publicæ utilitatis, quia interest reipublicæ vitam subditorum conservare, argumento text. in leg. l. homo ff. ad leg. Aquil. text. in leg. cum ratio, ff. de bon. damn. text. in leg. non tantum ff. de appell. & tenet expresse Baldus in dist. leg. fin. de neg. gest. quod hodie posset verificari in illa singulari. l. 22. tit. 1. 7. part.

Item quæro, si fidejussor antequam intercedat, protestetur se nolle tenere ex futura obligatione quam pro alio fecerit, an remaneat obligatus, vel ratione protestationis obligatio sit nulla & breviter & resolutivè dico, quod si protestatio non sit pactum cum debitor, ut post certum tempus teneatur eum ex mere à fidejussione, text. est in leg. si pro ea, c. mandati, & ibi communis opinio: & in d. leg. part. ex supradictis inferitur, quod si fidejussor est obligatus per instrumentum gententigium, statim potest agere contra debitorem, ut eum liberet, & eximat à fidejussione, quia jam videtur condemnatus, & in expreso ita tenet Bar. in leg. si fidejussor pro venditore, ff. de fidejuss. cum quo transeunt ibi Doctores. Cynus in leg. certum, Cod. famil. excise. Bald. in leg. si pro ea Cod. mandati, & ibi alii Doctores. Sed contrarium, & melius tenet Imol. in cap. fin. de fidejussor. quia aliàs nullum commodum reportaret debitor ex fidejussione, argumento textus in leg. in commodato, §. si quis, ff. commodati. Item Imol. in leg. fidejussor pro venditore, ff. de fidejuss. & ibi Angel. de Petul. Salycet. in leg. pro ea, c. mandati, Roder. Suarez in repet. legis. post rem judicatam, ff. de re jud. fol. 148. 2. col.

intimata parti, hoc est creditori, remanebit perfecte obligatus ac si simpliciter fidejussoret nulla precedente obligatione: quia quævis eo casu quo actus pendet de voluntate unius, ut testamentum, aditio hereditatis, vel similis actus, protestatio præcedens tollat, & annullat actum contrarium sequentem, ut in leg. qui in aliena, §. fin. ff. de acquirend. hered. & in leg. si quis in principio testamenti, ff. de leg. tertio, & in leg. si mihi, & tibi, §. in leg. primo, & in leg. si ita scriptum, eod. titul. tamen quando actus pendet de voluntate duorum, semper requiritur, quod illa protestatio alteri intimetur quem negotium tangit, aliàs incurret grave dampnum dolo, & fraude adversarii, ita probat text. in leg. si fidejussor, l. 1. §. 1. eod. tit. text. in leg. vero procurator, §. 1. ff. de solut. text. in leg. cum quis, §. si debitorum, eod. titul. text. in leg. si cum Corn. eod. titul. text. in leg. sed & si socius, §. 1. ff. pro soc. text. in leg. 1. §. sed ego, ff. quod iusu, text. in leg. si pecuniam, §. item si quis, ff. de condit. ob caus. text. in leg. cum in plures, §. locator, ff. locati, text. in leg. co-dicilis, §. 1. ff. de legat. 2. text. in leg. si debitor, §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solvat. text. in capit. 1. quod met. caus. text. in cap. sollicitudinis, de appel. Si verò protestatio creditori vel tertio quem negotium tangit, fuit intimata valet & tenet protestatio, & annullat actum sequentem contrarium, argumento, text. unctæ Gloss. ordinaria reperta singulari in leg. part. novissima, Codic. de pact. ubi habetur, quod sicut in ultimis voluntariis clausula derogatoria vel protestatio valeat & teneat & tollit actum sequentem, ita in contractibus valet, & tenet, & impedit futuram obligationem, dum tamen fiat de voluntate expressa vel tacita alterius partis, & in expreso istam sententiam & resolutionem ponit Bar. in l. non solum morte, ff. de nov. oper. nunc. §. co. 2. & ibi Imol. 2. c. A. ex. de c. 31. Jaf. 12. c. n. 18. Pet. de Bellapertic. in d. pacta novissima, c. de pact. 1. col. in med. & ibi Olofred. 3. c. Cyn. 2. col. Bar. 2. l. n. 6. Alber. 2. c. Angel. 1. col. Salyc. 2. c. Paul. c. col. Alex. 2. col. n. 5. Spec. in tit. de fidejuss. fin. col. vers. quod si fidejuss. n. 22. Pileus in quast. suis q. 25.

Item quæro, an confessio creditoris convenia in instrumento publico, vel priva o, qua con ineur se recepisse solutionem à fidejussore, valeat & teneat, & probat solutionem præcessisse fidejussor agere contra debitor actione mandati ad petendam pecuniam solutam, & ut conservetur indemnis videtur, quod non, quia illa est facta solutio ad hoc, ut fidejussor agat contra debitorem requiritur, quod verè & realiter solverit, argumento text. in leg. Lucius Titius, ff. mandati, cum similibus. Secundò quia quando fidejussor convenit à creditore decisorie juravit, quod solvit, & absolutus, & liberatus est tam ipse quam debitor principalis non per hoc repetit à debitor, nec cum eo agit actione mandati, vel qualibet alia, quia verè non solvit. Ita probat text. in leg. duobus, §. 1. ff. de iurjur. & ibi tenet Gloss. ordinaria & communiter Doctores & in expreso istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in dist. leg. duob. §. 1. ubi dicit, quod non sufficit talis confessio, sed oportet quod fidejussor probet verè, & realiter; & reparat esse notandum, & idem tenet ibi Fulgos. & tenet Roman. in leg. prædia, ff. de acquirend. possess. And. de Petul. in l. Urantus, §. fin. ff. de fidejuss. Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò quod talis confessio valeat, & tenet, l. l.

12

13

& probe solutionem precessisse; & virtute ejus possit fidejussor agere contra debitorem actione mandati, & repetere pecuniam solutam, ac si verum & realiter probare: ut solutio, quia ista confessio probat solutionem precessisse, ex qua remanet debitor principalis liberatus, argumento text. in leg. Publii Mavia §. fin. ff. de depositis, & maxime hodie hoc procederet post lapsum 30. dierum, argumento text. in leg. in contrahibus, §. super ceteris, Cod. de non numer. pecun. ubi disponitur, quod in liberatione debiti, & confessionis solutionis, tantum habet locum exceptio non numer. pecun. infra 30. dies, non vero postea; probat etiam text. in leg. qui debitorem, ff. de fidejuss. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Paulus de Castr. in dist. leg. duobus §. 1. de jurejur. & dicit, ita consultiisse Florentiam, & ibi Salyc. Roman. Alexand. & Jas. Joann. de Imol. in legat. Uranius §. 1. ff. de fidejuss. Bart. sibi contrarius in cons. 160. Felin. in cap. si cautio, de fid. instrum. fin. col. & quest. & istam dicit communem opinionem Jas. in d. l. duobus, ff. de jurejur.

Item h principaliter quaro, & quando fidejussor possit conveniri antequam debitor principalis **14** In qua articulo magistraliter & resolutivè dico, quod de jure antiquo poterat conveniri priusquam debitor principalis, text. est in l. 3. §. fin. ff. de duob. reis, text. in leg. non recte, Cod. de fidejuss. textus in leg. jure nostro, eod. tit. & utrobique communiter Doctores, hodie tamen de jure novo authentice fidejussor non potest conveniri antequam debitor principalis, nisi fiat excusio in bonis principalis debitoris & reperitur non solvendo, vel nisi talis debitor sit absens extra jurisdictionem suam, quia non est facilis conventio, tunc enim potest fidejussor conveniri antequam principalis, text. est in auben. de fidejuss. & mandar. §. 1. coll. 1. & ibi Gloss. ordinaria Jacob. de Bellovis. Bart. Angel. & communiter Doctores, text. in auben. presente, C. de fidejuss. & ibi Gloss. ordinaria Odofred. Petr. Cynus, Jacob. Batr. Bar. Angel. Faber Salyc. & communiter Doctor & idem disponit lex. §. tit. 12. §. part. Quod tamen notabiliter limita sequentibus modis. **Primo** nisi beneficio pre licite authentice sit renunciatum, quia tantum ejus favore inductum est, argumento text. in leg. quod favore, C. de leg. & in leg. pen. Cod. de pact. cum similibus, ita tenet Gloss. in dist. auben. de fidejuss. §. 1. coll. 1. & ibi Doctores Odofred. in dist. auben. presente, C. de fidejuss. fin. col. & quest. & ibi Bald. & communiter Doctores Spec. in ritul. de renunc. & conclus. §. 1. versic. viso de beneficiis episcopa, Hostiens. in summa de fidejuss. §. habeat. Abb. in cap. 2. de fidejuss. & ibi communiter Doctores, tenent etiam Moderni, precipue Philip. Dec. penult. col. in fin. ff. si cert. Hippol. de Mar. in rub. de fidejuss. 1. col. ista est vera, & communis opinio, licet Jacob. de Bellovis. teneat contrarium in dist. auben. de fidejuss. §. fin. col. & quest. **Secundo** limita, nisi debitor notorie non sit solvendo, quia tunc fidejussor potest conveniri nulla facta excusione, argumento text. in l. fin. ff. si cert. petat. text. in l. emptorem, ff. de action. empt. & in expresso ita tenet Gloss. ordinaria in dist. l. fin. ff. si cert. petat. & ibi tenet Bart. Paul. Alex. Jas. & communiter Moderni. Gloss. ordinaria in leg. decem stipulatus, infra isto tit. & communiter Doctores Gloss. in l. nisi hoc actum est, ff. de pact. & ibi communiter Doctores Faber. Angel. & Moderni, in §. item si quis in fraudem, Insti. de action. precipue ibi Jas. 12. colum. n. 68. Hippol. in rub. ff. de fidejuss. clo. n.

10. Tercio limita, quando fidejussor convenies opposuit exceptionem excussionis: scilicet verum, si nullam exceptionem opposuit, quia valde iudicium & processus, & legitime potest condemnari quia talis exceptio non inducitur a jure contra substantiam actionis, & obligationis, sed tantum respectu ordinis procedendi imò, quod magis est oportet, quod opponatur ante litem contestatam, quia est exceptio dilatoria, argumento text. in l. 2. §. fin. cum leg. sequenti, ff. de except. text. in leg. l. opponis, §. rati habitiois, ff. de procurat. text. in leg. si maritus, §. prescriptionis, ff. de adulter. text. in l. ita demum, C. de probat. text. in l. fin. C. de exception. & in expresso ita tenet Bart. in l. 3. de except. n. 6. Petrus, Cynus, Salycet. & communiter Doctores in auben. presente, C. de fidejuss. Paul. de Castr. & Moder. in leg. fin. ff. si cert. petat. Unum tamen est, quod si fidejussor opponat prædictam exceptionem ante litem contestatam, non per hoc statim annullatur processus, sed poterit creditor replicare, quod fidejussor non est solvendo, & pendente processu & iudicio poterit fieri discussio, argumento text. cum materia in leg. si rem l. 1. §. fin. ff. de pignorat. action. ubi habetur, quod si jus superveniens pendente iudicio ex causa de præterito validæ iudicium retro nullum, & ita tenet Glossa singularis in l. nisi hoc actum est, quam ad hoc ibi notant & commendat Doctores, & reputat singularem Angelus de Peratio in leg. decem stipulatus, infra isto ritul. 1. colum. n. 6. notat etiam & commendat Bald. in auben. hoc si debitor, C. de pignorat. final. colum. idem Bald. in auben. presente, Cod. de fidejuss. 1. colum. Paul. de Castro in leg. fin. si cert. petat. 2. colum. **Quarto** i limita, nisi fidejussor sit publicus campfor, quia non gaudet beneficio excussionis, text. est secundum unam lecturam in auben. de fidejuss. & manum §. final. colum. 1. Cujus ratio est propter publicam utilitatem, & maximam fidem, quæ erga nos debet versari, cum ad eos quotidie recurratur, & in terminis ita tenet Glossa in dist. §. fin. & ibi Jacob. de Bellovis. Bart. Angel. & communiter Doctores, Bald. in leg. fin. Cod. ad leg. Falcid. Imol. in leg. denegare, ff. de notat. & illam reputat singularem, & unicam, Paul. de Castr. in l. qui usum fructum, infra isto ritul. Salycet. in leg. fru. va. Cod. de non numer. pecun. Iason in leg. final. ff. si cert. petat. 16. colum. numer. 30. Hippol. de Mar. in rub. de fidejuss. 2. colum. numer. 8. **Quinto** limita, ut habeat locum & procedat, quando debitor principalis de facili potest conveniri, scilicet verum, si ratione personæ, loci, vel privilegii de facili conveniri non possit, quia tunc bene potest fidejussor exigi ante principalem, argumento leg. 2. ff. qui satisd. cog. Cujus verba sunt. Fidejussor in iudicio sistendus causa locupletis jubetur dari, non tantum ex facultatibus sed etiam ex conveniendi facilitate; text. in leg. si quis stipulatus, §. final. infra eodem. text. in leg. infra. in leg. se, ff. de alienat. judic. Ex quo inferitur, quod si quis est fidejussor pro aliquo tyranno qui est in tutissimo loco, vel pro aliquo rixoso, & cavilloso, qui non consuevit solvere debita sine litigio, vel pro rege, principe, magnate, vel fisco, quibus pares esse non possumus, poterit fidejussor conveniri ante principalem debitorem, Ita Bartol. dicens ita consultiisse in Mart. in leg. final. in fin. ff. si cert. petat. & ibi Alexand. secunda colum. numer. 6. & communiter Moderni in leg. decem stipulatus, infra isto ritul. 2. colum. numer. 2. & ibi Doctores, quod limitatio clarè procederet, quando post contractam superveniret ista qualitas debitoris, sed quando

quando illam haberet tempore contractus, & hoc cognosceret creditor, sibi imputandum videtur, qui cum eo contraxit, argumenti textus cum materia in leg. in omnibus ff. de iudic. text. in leg. arbitrio, §. fin. ff. ut in possess. legat. text. in leg. qui bona fide, §. de illo, de damno infecto, textus in leg. final. Cod. de sponsal. sed propter aequitatem opinionis, eam sequor, & ita iudicatur. **Sexto** limita præterquam si fidejussor juravit contrarium, quia tunc non potest opponere exceptionem excussionis, ita probat textus in cap. ex rescripto, de jurejur. ff. & ibi tenet Bald. & Anchar. & tenet Hippol. ff. de fidejuss. sed certè ista opinio est falsa, quia juramentum semper debet intelligi secundum naturam actus vel contractus, super quo interponitur, textus est singularis in leg. fin. Cod. de non numer. pecunia, & ibi communiter Doctores; & isto fundamento & ratione illam opinionem reprobat Alexand. in l. fin. ff. si cert. petat. 4. colum. n. 12. & ibi Jason. 2. colum. numer. 2. Philippus Decius, §. 3. colum. numer. 10. Tiraq. in repetit. leg. si unquam, Cod. de revocant. donat. numer. 137. **Septimo** limita, præterquam si fidejussor conventus negavit se fidejussorem, quia per hoc perdit beneficium excussionis, quia quando quis negat in iudicio illud, quod est causa sue intentionis, & beneficii, vel privilegii, perdit illud, textus est singularis & unicus in leg. si dubitetur, §. 1. ff. de pignus, & ibi notat & commendat Glossa ordinaria Rainer. Bart. Alber. Bald. Angelus Paul. Imol. & communiter Doctores, & reputat unicam Salycet. in leg. non recte, Cod. de fidejuss. & in terminis pro illa textum ita tenet Baldus in auben. contra qui proprium, Cod. de non numer. pecun. Confirmatur etiam per textum in leg. final. ff. de re. vendit. per textum in leg. si unus, §. fin. ff. de re. judic. per textum in leg. si unus, §. fin. ff. pro socio, per textum in l. 1. §. interduum, ff. quod cum. et. per textum in l. 1. C. ad Macehan. per textum in l. 2. & per totum, C. si minor se majorem dixerit; quibus expressè probatur, quod iste, qui negat illud, quod est principalis causa sui privilegii, perdit illud. **Octavo** limita, ut habeat locum, & procedat, quando debitor est solvendo, & habet bona sufficientia facilis exactionis: scilicet verum si actum esset in principalem debitorem, & facta legitima excussione reperta sunt bona sufficientia, sed non reperitur emptor, vel reperitur cum maxima difficultate, & dilacione, quia tunc non cogitur creditor ea recipere in solutum, nec expectare longum tempus, sed tali casu dicitur debitor non solvendo, & potest creditor agere contra fidejussorem, argumento text. in auben. de fidejuss. in §. si vero intercessor, versic. eorum, collat. 1. per quem ita tenet Paulus de Castr. & Joannes de Imola in l. inter eos, §. creditor ff. de fidejuss. qui reputant hoc esse valde similitudine, & perpetuo mente tenendum in practica.

Item quero, si plures sunt fidejussores, an **25** rursusque teneatur in solidum pro parte? In quo articulo resolutivè dico, quod unusquisque tenetur in solidum, sed ex epistola Divi Adriani habetur inter se beneficium divisionis, ut ille qui in solidum convenitur possit opponere, ut quilibet conveniatur pro parte, dum tamen sit solvendo, textus est in capitulis, & expressus in leg. inter fidejussores, ff. de fidejuss. text. in leg. inter eos, & in leg. si plures & in leg. si contenta eadem ritul. text. in leg. 1. §. nunc et in athenis, ff. de error. & ration. distrahent. text. in l. 2. de fidejuss. C. Anton. Gomez. Variarum Resol. Tom. 1.

de fidejuss. text. in §. si plures, Insti. de fidejuss. & idem disponit lex 8. tit. 12. §. part. & tale beneficium divisionis debet opponi ante sententiam definitivam, sicut exceptio peremptoria non verò postea, ita probat textus in leg. fidejuss. versic. primo, c. p. de fidejuss. & ibi tenet Glossa ordinaria Cynus Bar. Alberic. Baldus, Angel. Salyc. & communiter Doctor. tenet etiam Bar. in leg. si dubitetur, ff. de fidejussor. & ibi Alberic Bald. Angel. Paul. Imol. & communiter alii Doctores Specul. in tit. de renunc. & conclusiones, §. 1. vers. sequitur videre, Faber, Platea, communiter Doctores in §. si plures, Insti. de fidejuss. Ex quo inferitur, quod si essent obligari per instrumentum quarentigium, non gauderent, hoc beneficio divisionis, quia censentur jam condemnati per sententiam, & in terminis ita tenet Angel. de Peraf. in dist. leg. si dubitetur, ff. de fidejuss. Idem Angel. in leg. fidejussores, 1. cod. ritul. Sed certè judicando, & consulendo ego teneo contrarium, quia non est propria, nec vera sententia iudicis divini, ex qua colligatur negligentia, & tacita renunciatio fidejussorum. Adde tamen, quod si a sententia, in qua fidejussor est condemnatus, sit appellatum, possit in gradu appellationis istam exceptionem divisionis opponere, argumento textus in leg. 1. §. final. ff. ad Turpil. textus in leg. ita demum, Cod. de procura. textus in l. 2. versic. primo, ff. de pignus, text. in leg. eleganter, §. quid ergo, ff. de conditionibus indebiti. Quibus probatur quod appellatio extinguit iudicatum, & reponit rem in statu quo erat post litem contestatam; ita tenet Bartolus, & communiter Doctores in dist. leg. si dubitetur, ff. de fidejussoribus. Glossa ordinaria & communiter Doctores in dist. leg. fidejussor, Cod. eod. Limita tamen & intellige prædicta, præterquam si huic beneficio divisionis sit renunciatum per fidejussores, quia tunc non potest opponi, argumento textus in leg. quod favore, Cod. de legibus, & in leg. penultim. Cod. de pact. & in expresso ita tenet Bartolus in leg. si testament. §. pen. de fidejussor. & ibi communiter Doctores.

Item principaliter quaro, quæ persona prohibeantur fidejuberè? & resolutivè dico quod regulariter quilibet potest fidejuberè, qui potest principaliter obligari, nisi per legem repugnetur prohibitis, text. est in leg. 3. de fidejussor. & ibi communiter Doctores, text. in l. 1. titul. 2. §. part. Et primò reperitur prohibita mulier, quia non potest esse citius fidejuberè pro alio, propter fragilitatem sui sexus; quia licet teneatur mero jure civiliter, & naturaliter, tamen comperit sibi exceptio Velleiani, ut non teneatur solvere, textus est in leg. 1. & per totum, Cod. eod. ritul. & idem disponit lex 2. tit. 5. part. tenet etiam & declarat Gloss. ordinaria in rub. Cod. de non numer. pecun. & ibi communiter Doctores, glossa etiam ordinaria in leg. cum quis, Cod. de juris & facti ignorantibus, ibi Doctores Bar. magistraliter in l. 1. ff. de condit. indebit. penultim. colum. n. 28 & ibi Moderni. Idem Bar. in leg. cum lex ff. de fidejuss. fin. colum. & ibi Paulus

Paulus de Castr. & communiter Doctores. Idem Paul. & alii Doctores in rubr. ca. ad Velleian. Et in tantum hoc est verum, ut procedat, & habeat locum etiam in foro conscientiar, ut mulier possit cum bona conscientia hanc exceptionem opponere, ut non teneatur solvere creditori, ita singulariter Bar. in l. extra, ad reprimentum, in verbo denunciatioem, 2. colum. Abb. in cap. quia plerique de immunitat. Eccles. 10. colum. num. & ibi Doctores. Item etiam in tantum hoc est verum, ut procedat & habeat locum etiam si mulier jam solvisset creditori, quia potest repetere per conditionem indebiti, quia ista est exceptio perpetua, & favorabilis, textus est in leg. qui exceptioem, ff. de condit. & ibi Glossa ordinaria Bar. & communiter Doctores, text. in leg. quamvis, §. interdam ff. ad Velleian. Glossa ordinaria Bar. Bald. & communiter Doctores in leg. cum quis, Cod. de iuris & facti ignorant. & jam ergo sic feci practicare in quadam vidua, quae fuit obligata instrumentum gaurentigio, tanquam fidejussor alterius cuidam mercatori, & facta sibi executione solvit, & tandem postea egit consilio meo conditione in debiti ad repetitionem pecuniar, & obrinuit. Nec obstat si dica, quod pecunia indebita soluta post sententiam, & rem iudicatum non potest repeti, ut in leg. Julianus, ff. de condit. in ebit. & in l. 1. C. eodem titulo, & in leg. si fidejussor, la. 1. §. in omnibus, ff. mandati, quia illud est verum, & procedit, quando elicit facta solutio post sententiam diffinitivam, in qua plene cognitum est de causa; secus vero, quando est facta virtute instrumenti gaurentigii, in quo nulla praecessit cognitio. Item etiam in tantum hoc est verum, ut ista exceptio Velleiani possit opponi post sententiam diffinitivam in ipsa executione antequam realiter fiat solutio, textus est notabilis in leg. tamen si, ff. ad Macedon. ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores, tenet etiam Bartol. ubi bene loquitur in l. 1. Codic. de iur. & facti ignor. & communiter Doctores.

17 Quod primo limita, nisi mulier renunciavit beneficio Velleiani: quia tunc non juvat ex eo, nec potest opponere praedictam exceptionem, ita procedit text. in l. fin. ff. ad Velleian. ibi, cavere debet exceptione si non usuram, sic ad iudicem ire, & ibi tenet Glossa ordinaria, Odofred. & Rapha. Fulgo. & dicit Albericus & alii Doctores quod ita servatur de communi consuetudine, probat etiam text. in l. fin. Codic. quando mulier tutel. offic. fun. posubi habetur, quod mulier potest esse tutrix filiorum etiam naturalium, dam tamen renunciet Velleiano, textus in authent. matris, & avia, cod. tit. & in authent. unde sumitur. Confirmatur etiam ex regula generali, quae habet, quod potest quis renunciare his, quae in favorem ejus induta sunt, text. in leg. quod favore, Cod. de legat. textus in l. si quis in conscribenda, Cod. de pact. cum similibus, tenet etiam Glossa ordinaria in l. 1. ff. ad Velleian. in gloss. 2. Gloss. in l. tamen si ff. ad Macedon. Gloss. in l. sciendum ff. de verbor. obligat. Gloss. in l. fin. Cod. ad Velleian. Azo. in summa, Codic. ad Velleian. 2. colum. n. 3. idem Azor. in summa, de fidejuss. 1. colum. num. 4. Hostien. in summa de fidejuss. §. mulier. idem Hostien. in summa renunc. & conclusioem versic. cui autem uri renunciari possit, Rosied. in libellis suis, in titulo de Senatusconsulto Velleiano 2. col. Bar. in l. 3. ff. de fidejuss. 2. colum. n. 10 & ibi alii Doctores. Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò quod talis renunciatio non valet: Primo, quia eadem fragilitate qua mulier inducitur ad fidejubendum,

induceretur ad renunciandum, unde sibi subveniendum est, argumento tex. in l. doli §. diversum, ff. de novat. tex. in l. fin. §. idem que, in ff. de condit. indebit. tex. in leg. final. Cod. de pallis. pignor. & utrobique Doctores. Secundo, quod facit, text. in leg. si mulier, la. 2. Cod. ad Velleian. ubi habetur, quod fidejussio secunda valet, & obligat si fin. ex intervallo post biennium, non tamen si fiat incontinenti, quia ex consequentia suae fragilitatis incidit in secundam jacturam & fidejussionem. Tertio facit textus in leg. interdam, ff. de minor. ubi habetur, quod renunciatio vel exclusio ab aliquo beneficio juris est evidens lesio: ergo similiter juvat beneficio Velleiani in contr. etu fidejussoris, non propter fragilitatem lesus latur, eadem ratione debet jvari in jus renunciatione, quia aliàs remedium sibi concessum à jure esset nulli us momenti, & in terminis istam sententiam, & conclusionem tenet etiam Bartolus, Albericus, Baldus, Paulus, & Salicet. in l. final. ff. ad Velleianum, Cynus, Bartolus Angel. Paul. Salycet. & communiter Doctores in l. final. Cod. ad Velleian. Petrus de Bellapere. in rubr. eodem tit. Jacob. in authent. si qua mulier, eodem titulo fin. quesi. Bald. in leg. 1. eodem titulo, & ibi Angel. de Perus. & alii Doctores, Paulus in leg. si mulier, la. 1. eodem titulo, Alberic. in leg. sciendum, infra isto titulo, & ibi Moderni. Nec obstat textus in l. fin. §. fin. ff. ad Velleian. quia ibi fuit facta renunciatio in iudicio, quo casu valet propter auctoritatem & vigorem iudicii. Secundo non obstat text. in l. final. Cod. quando mulier tutela offic. poss. cum authent. ibi posita, quia loquitur in officio publico tutelae, in quo de jure novo admittitur mulier, & de necessitate est cavendum, & potius dicitur ex suae personae obligatione, & administratione teneri, quam ex aliena. Tertio non obstat regula tex. in leg. quod facere, cum similibus, quia debet intelligi praeterquam si atas, vel fragilitas personae sit immediata causa privilegii, argumento tex. in leg. alia, §. eleganter, ff. solut. matrimon. Sed hodie in nostro Regno approbatur prima opinio superior, quae habet, quod valeat praedicta renunciatio, ita disponit lex 3. titulo. 12. §. par.

*Quod tamen tantum intellige quando talis mulier fuit certiorata quid sit beneficium Velleiani, & creditor tabellioni hoc asserenti, cum concernat officium suum, ita tenet glor. & com. Doct. in locis tibi supra: adde tunc quod si tabellio vel notarius quae talem renunciationem posuit interrogatus per iudicem quid sit Velleian, illud ignoret, non valet nec nocet renunciatio quae continet quandam impossibilitatem, & evidenter apparet probata negativa, ita Abb. in d. l. fin. §. fin. ff. Velleian. quem refert & sequitur ibi Alex. in addit. ad Bart. sed certe salva ejus pace hoc non dicit ibi Abb. *

Secundo principaliter limita, praeterquam si mulier fidejubens pro alio juravit, tunc non jvat Velleiano, nec adhuc tali casu requiritur certio ratio, text. est in cap. rescripto de part. jvanda. ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores: alios autem casus in quibus mulier potest esse fidejussor, & non jvat Velleiano, vide per Glossam notabilem in leg. 1. ff. ad Velleianum, per Glossam etiam l. fin. Cod. eodem tit. & communiter Doct. & per legem terram, tit. 12. §. par.

Secundo principaliter prohibetur Clericus, text. est in cap. 1. de fidei. Cujus verba sunt, Clericus fidejussoribus inferiens abiciatur; sed adde quod ille textus plures habet intellectus, sed ve-

18 resolutio est, quod procedit de consilio, tamen si de facto fecerit, & fidejubeat, bene obligatur; ita tenet ibi Glossa ordinaria Hostien. Joan. And. Abbas & alii Doctores, probat etiam text. in cap. 2. ejusdem titulo. Ex quo inferatur: quod licet ille qui tenetur praestare fidejussorem iudicio sili, non liberetur praestando Clericum, vel alium, qui sit alterius fori & jurisdictionis, tamen ille qui simpliciter promisit praestare fidejussorem pro aliquo debito, vel contractu, bene satisfaciendo Clericum, ita tenet singulariter & declarat Bar. in l. 3. de fidejuss. 2. colum. Abbas, & communiter Canonistae in d. o. de fidejuss. unam tamen est, quod ita demum talis Clericus fidejussor tenetur, si habet unde solvat ex patrimonio suo, vel ex redditibus sui beneficii in quantum facere possit, deducto ne egeat; sed eo non existente solvendo non potest incarcerationi, ita probat text. d. cap. secundo de fidejussor. in quantum dicit, alioquin de redditibus eorum praescripta debita faciat is exolveri, & ibi communiter Doctores, text. in c. Odoratus, de solut. ibi Glossa ordinaria, & communiter Doctores, tenet etiam Glossa ordinaria in l. miles ff. de reg. jur. & ibi communiter Doct.

19 Tertio, & principaliter prohibetur minor 20 annorum, quia si pro alio fidejubeat, licet mero jure teneatur, potest restitui, modò sit fidejussor extraneus, modò conjunda persona, & modò debitor principalis sit solvendo, modò non; imò, quod magis est, hoc casu semper praesumitur lesio, text. est in l. ait Prator, §. non solum ff. de minor. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores: text. in leg. 3. §. sed utrum, eodem titulo, text. in l. si Titius & Seia, versicul. 1. ff. de fidejuss. text. in leg. 1. C. de filiofamil. minor. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores, quod tamen singulariter limita, praeterquam si fidejubeat pro patre incarcerationato, quia tunc tenetur, & efficaciter obligatur, quia quilibet major, & prudentissimus hoc faceret, imò aliàs posset exheredari, dum tamen habeat decimum octavam annum, & sit masculus, argumento tex. in authent. si captivi C. d. de episc. & cler. & in sub. ut cum de appell. cog. §. causas, collat. 8. & in expresse ita tenet Alber. Paul. Salyc. & communiter Doctores in l. 1. C. de filiofamil. minor. idem Paulus & Doctores in l. fin. Cod. de integ. restit. minor. Quarto prohibetur miles, text. est in l. miles Cod. de locat. & condit. & ibi communiter Doct. & idem disponit lex 2. titulo. 12. §. par.

20 Item etiam quero, quibus modis liberatur fidejussor, & magistraliter, & resolutivè dico, quod primo liberatur solutione principalis debitoris, vel fidejussoris, text. est in l. in omnibus, ff. de solut. text. in §. 1. versicul. item, in l. i. quibus modis, null. obligat. & utrobique communiter Doctores. Dubium tamen est circa hoc, si res, vel fundus debitoris sit datus in solutum creditori, postea sit evictus, & debitor non sit solvendo; ac creditor possit agere contra fidejussorem; & videtur quod non, quia principalis obligatio jam fuit extincta solutione, vel datione insolutum, argumento tex. in l. si rem alienam, §. omnis ff. de pignor. action. text. in leg. qui res, §. aream ff. de solut. Sed contrarium est tenendum, imò quod fidejussor teneatur, quia ex mente & intentione partium, vel legis dispositione actio contra eum non fuit sublata, vel si mero jure sit sublata, eodem jure restituitur evictione secuta, argumento tex. in l. Titius, ff. de jure sibi, text. in l. si creditor, ff. de solut. & in

terminis ita tenet Specul. in tit. de fidej. fin. col. 8. quesi. Secundo modo tollitur novatione, quia si principalis obligatio novatur inter debitorem & creditorem, liberatur fidejussor, nisi consentiat in novatione, vel de novo obligetur, text. est in l. ubicumque ff. de fidejuss. text. in l. novatione ff. de novatione, text. in l. solutum, §. 2. de pignor. action. text. in l. novatione, Cod. de fidejuss. & utrobique communiter Doctores.

Tertio modo praescriptione, quia praescripta actione, & obligatione principalis debitoris lapsu temporis, censetur etiam praescripta actio fidejussoris, argumento tex. in l. si rem, & in l. omnes, Cod. de praescription. 30. vel 40. annorum, text. in l. 2. C. de consist. pecun. quod intellige, quando utraque obligatio fuit orta, & producta uno & eodem tempore: secus vero, si fidejussor intercessit, & se obligavit ex post facto, quia operatur interruptionem praescripti temporis, & videtur facta recognitio debiti ab ipso debitore, argumento tex. in l. cum notissimi §. sed & si quis, Cod. de praescript. 30. vel 40. annorum. Quarto pacto de non petendo, facto inter debitorem & creditorem imò, quod magis est, licet postea debitor remittat illud pactum, non potest auferri exceptio, & liberatio fidejussori, quia sine novo consensu & voluntate sua, text. est notabilis in l. fin. ff. de pact. & ibi communiter Doctores. Ex quo inferatur, quod jus semel mihi quaesitum ex contractu, vel persona alterius, non potest me invito à me auferri. Quinto successione, & actionis confusione, quia si fidejussor succedit debitori, vel e contra, confunditur, & extinguitur illa obligatio accessoria, & remanet principalis, text. est subtilis in l. generaliter, ff. de fidejuss. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doct. Ex quo collige & nota, quod in aliquo actu, vel persona concranat duas obligationes vel qualitates diverfas, illa praevalet, quae est principalior. Confirmatur per textum singularem & unicum in l. qui habet ff. de tutelis, ubi habetur quod si minor sit demens, vel furiosus, potius debet sibi dari tutor vel curator ex defectu aetatis, quam ex defectu sensus, ac intellectus & in expresse ita tenet Alber. Paul. Salyc. & communiter Doct. & reputat singularem & unicum Alber. Confirmatur etiam per textum subtilem in l. fundo legato, ff. ad legem Falcid. ubi habetur, quod si quis sit dominus ex aliqua causa, titulo, & postea superveniat ei dominium ex causa antiquiori, illa praevalet, & illa sola attenditur tanquam principalior, & ad hoc notat & commendat ibi Bartolus & communiter Doct. idem Bartol. in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquirend. posses. quod tamen intellige, quando utraque obligatio est utilis & valida: secus vero, si principalis obligatio est inefficax & invalida ratione personae, vel ex alia causa, quia tunc teneretur fidejussor, & non confunderetur obligatio fidejussoris accessoria: ita probat textus singularis in leg. haeres à debitor, quod si hic ff. de fidejussor. & ad hoc notat & commendat ibi Bartolus & communiter Doctores: ex quo datur notabilis, & subtilis declaratio, ad jura quae disponunt, quod tali obligationi tantum potest accedere fidejussor, quod tali casu fidejussor succedere debitori, non confunditur illa obligatio accessoria. Item etiam inferitur singulariter in practica, quod si fidejussor, qui successit debitori, fecit inventarium, licet ex persona debitoris principalis non teneatur ultra vires hereditariae,

rias, tamen ex sua persona bene tenetur virtute de iustitionis, quia obligatio principalis reputatur inefficax, & invalida propter defectum exactio- nis, & in expreso ita tenet originaliter Dynus in *dilla leg. generaliter ff. de fidejussor.* & ibi Bartol. & communiter Doctores, Rainer, & alii Doctores. in *leg. heres à debitor.* §. quod sibi, eodem titul. Bartolin *leg. Scitum aut Pamphilum*, §. quod vulgo, *de solut. sin. collat. quest.* & ibi Paulus, Imola, & alii Doctores. Idem Bartolus in *leg. debitor.* ff. de separationibus & ibi communiter Doctores, Cynus in *leg. final. computatione*, Cod. de jure delibe- rand. & ibi communiter Moderni; & ratio hujus confusionis potest esse triplex Prima, quia nemo potest sibi ipsi obligari, cum contraria non possint esse in eodem subiecto secundum Philoso- phos, & probat apud nos text. in *l. heres à debitor.* §. quod stipulator, ff. de fidejussor. textus in *l. si quis pro eo*, §. primo, eodem, titul. textus in *l. Unanimus*, eodem titul. Secunda, quia in activo, & pas- sivo necessarii debet esse distinctio secundum natu- ram, ergo similiter secundum legem, argumen- to textus in *l. pen. ff. de arbitris*, ff. locati; text. in *l. Gallus*, §. si ejus, juncta Glossa & comuni opi- nione, ff. de liber. & posthum. ex. in *l. ordinarii*, Cod. de rei vendic. text. in *l. exitis*, ff. de acquirenda possessione, textus in §. retinenda, *Instit. de in- terdictis*, textus in §. minore, *Instit. de adoptionibus*. Tertia, quia relativa contraria requirunt sua extrema habilia bene disposita, ut possint ex- terceri argumento text. in *l. unia*, C. de alien. judic. mut. caus. fac. Quod tamen intellige, quan- do heres succedit universi literi, & in totum: se- cus tamen si pro parte, quia tunc pro illa tantum confunditur actio, ita expresse probant predicta jura. Ex quibus collige notabilem regulam, & doctrinam: quod licet heres representet defun- ctum, ut in *l. heres & hereditas ff. de usucop.* & in *leg. heres in de ius ff. de acquir. heredit.* cum si- mil. tamen debet intelligi, quando est heres univer- salis, & in totum, secus si pro parte, quia tunc non representat, nisi pro ea parte qua suc- cessit, probat etiam text. juncta Glossa in *leg. 2. §. fin. de pretor. stipular.* quod tamen singulariter limita, & intellige, praterquam si hodie talis creditor, & heres, qui succedit debitori, fecerit inventarium, quia tunc non confunditur actio in effectu, & per consequens si defunctus relinquat plures creditores, iste creditor, & heres conse- quetur debitum suum illo tempore, loco, & gra- du, quo consequeretur si non esset heres; textus est formalis & exprellus in *leg. fin. §. in com- putatione*, C. de jure delib. & ibi notat & com- mendat Glossa ordinaria, Olofred. Petrus Jacob. Butrig. Cynus, Bartolus, Alber. Baldus, Angelus, Paulus, Salyer. Alexand. Jason. Corneus & Jacob. de sancto Georgio. Secundo limita, & intellige, quando hereditas debet remanere pe- nes heredem creditorem, secus vero si sit grava- tus hereditatem alteri restituere, quia tunc non confunditur actio per additionem hereditatis, et- tiam si non fecerit inventarium, sed poterit de- ducere quod sibi debetur, quia fideicommissum universale non valet ultra vires hereditarias, ita probat text. in *l. ff. debitor*, ff. ad legem Falcidiam, text. in *l. debitor*, ff. ad Trebell. textus in *l. coheredi*, §. cum filia, ff. de vulgar. & pupill. & in expreso ita tenet Paul. dicens novum in materia, & ab alio non dictum in *l. ita tamen*, §. si ex Trebell. ff. ad Trebellian. & ibi Alexand. & alii Doctores, idem Paulus in *ab omnibus*, §. final. ff. de legat.

Aretius in *l. hereditas*, ff. de acquirenda heredi- tat. Socin in *leg. debitori*, Cod. de passis. 21
 Sexto, & ultimo fidejussor liberatur proroga- tione termini: nam si creditor prorogat termi- num solutionis ipsi debitori, videtur facta no- vatio contractus, & per consequens liberatur, argumento text. in *l. si cum Hermes*, Cod. locati, text. in *l. Labro*, la 2. §. fin. de arbitris, textus in *l. vocatione*, Cod. de fidejuss. text. in *l. ubi cur- que*, ff. de fidejuss. & in terminis ita tenet Specu- lat. in *tit. de fidejuss.* §. 1. ve f. illud, & ibi Joan. And. addit. Hypp. de Mar. in *rubr. ff. de fidejuss.* 15. col. n. 89. sed ego teneo contrarium. Primo pro- rogatio videtur facta cum sua qualitate, & sic te- netur fidejussor in primo termino prorogato. Se- cundo, quia hodie nunquam fit novatio, nisi ex- presse agatur inter partes, ut in *l. final. Cod. ac novat.* Tertio, istam opinionem contra primos Do- ctores tenet Abbas, Imola, & Ancharan. in *cap. constitutus*, de fidejuss. tenet etiam Baldus in *leg. tam mandatori*, C. de non numerata pecunia, idem Baldus in *l. complures*, §. lege, ff. locati, idem Bald. Angelus, & Jason in *leg. si unus*, §. 1. ff. de pactis, Archid. in *cap. te quia em. undecima questione*, Jason. ubi dicit hanc esse communem opinionem in *leg. lilla*, ff. si cert. petat. 6. col. n. 9. idem Jason. in *leg. 1. §. post operis*, ff. de novi oper. nunciat. idem Jason melius quam alibi, in *l. 1. Cod. de ju- dic.* & ista opinio est verissima, & tenenda in ju- dicando, & consulendo, nullo modo est tenen- da opinio contraria, neque est servanda distinc- tio legis fori 10. tit. de los fideres, lib. 3. fol. 100. quia caret ratione, & tantum est servanda in locis, in quibus esset consuetudo.
 Item pro complemento materie finaliter no- ta, quod fidejussor potest solvere de bonis prin- cipalis debitoris, ut se liberet ab obligatione, modo debeat pecunia, modò res, vel species, nec dicitur committere furtum, vel violentiam, quia non intervenit dolus, nec fraus, textus est singularis in *l. si procuratorem*, §. ignorantes, ff. man- dati, quem ibi ad hoc notat & commendat Bar- tolus, Albericus, Baldus, Salyer. & communiter Doctores, idem Bartolus in *ambros. si capivi*, Cod. de episc. & cleric. & ibi Baldus, & alii Doctores in *leg. venditor*, ff. de judic. & illum textum ad hoc reputat singularem in jure Angel. in *l. si Plaucius*, ff. de procur.

ANNOTATIONES.

Et in expreso ita tenet. Verior & equior absque do- bio hanc est sententia, ut fidejussor in eam summam & causam teneatur in quam principalis est obligatus, non ve- ro penitus fidejussor evanescat quod mihi probare lucu- lenter videtur l. rogatus, ff. mandati, tam in decisione, quam in ratione, & l. ait. Cod. de fidejussor. affirmant com- plures, quos jam dudum recensui in *rec. pe. sent. thesaur. in versicul. fidejussor in majorem*, num. 130. adde etiam Duen. in *leg. 1. §. stipulanti mihi*, ad fin. ff. de verb. oblig. Equin. Car. in *§. fidejussores*, in *pag. 433. Instit. de fidejuss.* nec l. Grace, §. rital. ff. de fidejuss. quia tam obstat, cum juxta Pan lect. Florent sic ejus textus verba habeant. placuit eos omnino non obligari, nec enim omnino nos illum obli- gatum iri dicimus, sed ea fide, quia principalis obstrin- gitur.
 Text. singularis et unicus. Textus hujus in *leg. fidejuss.* obligat, §. ultimus ff. de fidejuss. decisionem notabilem sum- ma jure appellat Angel. ad eam Bald. substitutione vocat in *l. si*

ADDITIONES. SUMMARIUM.

l. si plures, num. 24. Cod. de condit. inster. non alibi repe- riri, inquit Roman. l. hujusmodi, ff. de verb. obligat. scribit ut suam Jason ad illam l. decem; num. 21. & in *l. ult. numer. 7. ff. si cert. petat.* quem in sectantur Curt. numer. 2. Alciat *num. 19. & 21. Zab. num. 8.* cum revera illam acceptam referre debeamus Baldo ad eandemmet *l. colum. 1. & discretus ad l. si plures*, num. 24. *versic. tu considera*, Cod. de condit. inster. quem commentatur Aretin. in *dit. leg. si stipulatus*, colum. 5. *versic. in eadem Glossa.*
 d. Quod hodie bene requireretur excussio. Nec ea de re est dubitandum, cum enim hanc fidejussio conditionalis intel- ligatur adveniente conditione non plus juris momentique adipisci debet, quam si parat, puta absque ulla conditione proponeretur concepta quavis hac in te negligenter hal- lucinetur Aufser ad Capell. Tholof. *de iis. 196. ad fin.* & cum Aufser. Per. Duen. *Reg. 351. numer. 12.* ubi perperam Baldus, & alios quos non intellexit, accessit, & ante eos eod- dem errore se obstrinxit Rip. in *l. si stipulatus*, n. 50. ff. de verb. obligat.
 e. Item quaro, si quis promissit. Hec de questione ultra interpretes in locis ordinariis consulto Alexand. *consil. 29.* 17. Hippol. in *rubr. numer. 3. ff. de fidejuss.* Rod. Soarez in *tit. de los emplazamientos fol. 174. colum. 1. ad finem*, ad *leges Regni.*
 f. Item quaro, si quis mihi promissit. (S. vera.) Aut sum- ma non curantia fuit nostri Gomezii, aut magnus ope- rarum error quippe qua & questio decisionem respicias vana, & absurda est, & decisio, si questionem animadvertas, inepta, atque adeo falsa est, intellige igitur, quod si qua- ratur, si Titius mihi promissit, quod tejus mihi deberet, erit locus *l. si stipulatus*, §. passum, ff. de verb. ob. l. qui Rome, §. Agarius, texta nostram interpretationem, ff. de eodem titulo, at si queratur, si Titius à me stipu- labitur, quod Merivius mihi debet, cum debitor esse defic- tit, prinde erit ac si eam summamque mihi à Merivio debe- tur, Titius à me discrete stipuletur, si navis ex Africa venerit vel sub alia quavis conditione, & fiet locus *leg. hujus- modi*, ff. de verb. ob. leg.
 g. Et ibi communiter Doctores. Adde Ripam in *rub. n. 5. ff. de pign.* quos nominat Staecha, de *marcat. pen. & sim. part.* n. 1. pag. 473.
 h. Item principaliter quaro. De hac questione & materia consulto addit. ad Capell. Tholof. 169. Hippol. de fidejuss. 14. n. 7. cum seq. Curt. Senior. *consil. 6.* Decian. *consil. 27.* ad fin. Boer *dec. 221.* late Duen. *Reg. 235.*
 i. Quaro limita, nisi fidejussor. Completes hanc eandem limitationem sequuntur, ex quibus commune id asserti- vo recepi. *sentent. thesaur. vers. fidejussor.* numer. 142. ubi illam etiam sum amplectus, quavis agnoscerim non loventer relictum textus in *antient. seu nova constitutione 136. de negot. contra*, §. 1. cur enim p. xata illorum pro- fectio, & militaris publicae ratio ipsos non reducet ad jus antiquum? Cur tunc actum celeberrimum juris interpretum natura, equam utilis doctrina venalibus Tribunalium actu- cis non praefereat maxime cum illi textus quem adhi- beti nulla cogat necessitas.
 l. Et ibi Angelus de Pers. & alii Doctores. Adde Idem affirmasse Petr. Dyn. & Jacob. quos refert, & sequitur 17. Albertic. in *leg. omnes* Coite. de *heres.* Angel. Aretius, in *§. item si in iudicio*, colum. 12. *vers. 3. casus in pign.* de *except.* Anton. & Panorm. *numer. 9.* Felinus *num. 11.* in *cap. si diligenti*, de *foro compe.* Corlet in *repar.* Panorm. in *vers. Velleianum* Dec. *numer. 50.* Alciat. in *leg. penultim.* Cod. de *pass.* & pro hac sententia confert l. 1. ubi plenissi- me, & in verb. *periculum*, ff. a Senatusconsulto Velleian. nec sane ulla ratione unquam persuaderi poterit, ut non eadem levitate fragilitate atque imprudentia mulier per- duci possit ad Velleianum renunciandum, qua ad pronun- tiandum lactata fuit.
 Et juxta ea communiter Moderni. Adde Fabian. de *imp. & ven. tit. 3. part. princ. num. 31.* ralat. Rub. in *rept.* 2. Rub. 2. numer. 9. quem vide extra de *donat. int. vir. & uxor.*
 EMANUEL SOARIZ à RIBEIRA J. C.

- 1 Doctores materiam expli cantes referunt.
- 2 Fidejussor an possit accedere cuilibet obliga- tioni?
- 3 Sententia contra principalem lata an possit exequi contra fidejussorem, & an fidejussor possit appellare à sententia lata contra princi- palem.
- 4 Et an solvens virtute sententiae habeat execu- tionem contra principalem.
- 5 Fidejussor an possit obligari in duriorum causam
- 6 Efficacius tamen potest obligari, & plura ex hoc inferuntur.
- 7 Qui promissit solvere creditori quantum minus à debitor consequi possit, an sit fidejussor & de fidejussore indemnitate.
- 8 An sit fidejussor qui promissit mihi solvere quod aliter debet.
- 9 An mittens literas creditae pro aliquo ma- neat obligatus pro eo.
- 10 De verbis adulatoris, vel per modum consilii, & de abonatoribus.
- 11 Qui tenetur dare fidejussorem an debeat illum dare in loco, & domicilio creditoris?
- 12 Si fidejussor efficiatur non solvendo, an debitor iterum debeat alium fidejussorem dare?
- 13 Fidejussorem, qui dare debet, an impleat a modo minus rem minore, vel Clericum?
- 14 Fidejussor idoneus qui dicatur generaliter.
- 15 Si debitor efficiatur non solvendo ex mora creditoris in petendo, an fidejussor liberetur.
- 16 Fidejussor an, & quando possit petere, ut de- bitor eum liberet à fidejussione.
- 17 Quid in fidejussore in casu, vel annuo red- ditu.
- 18 Quando fidejussor dicatur disa stesisse in obli- gatione.
- 19 De fidejussore pro debitor ignorante, vel in- vivo.
- 20 Qui fidejussit de mandato testatoris, non re- petit.
- 21 Protestatio fidejussoris quod non intendit obli- gari, an valeat? & quid si fidejussor denun- tiae creditoris ne tradat rem debitoris?
- 22 Confessio de recepto facta à creditore in favo- rem fidejussoris, an noceat debitori? & ante contra confessio debitoris noceat fidejussori?
- 23 Fidejussor an possit conveniri ante principalem sine excussione?
- 24 De excussione, remissio &c.
- 25 Fidejussores plures an in solidum teneantur?
- 26 Qua persona prohibeantur fidejuberet, & de ma- liere, & Judice.
- 27 Mulier fideiubens pro marito non tenetur.
- 28 Mulier an possit renunciare Velleiano?
- 29 De iudice fideiussore.
- 30 Clericus an possit esse fidejussor, &c.
- 31 Fideiussorem dare debens an possit dare Cleri- cum, & an possit pro Petro dari alius aequè idoneus? & alia & an dari possit pignus pro fidejussore?
- 32 Minor 25 annis an possit esse fidejussor?
- 33 De fidejussoribus minorum remissio.
- 34 De milite fideiussore.
- 35 De agricola fideiussore, & de fideiussore pro agricola.